Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

dauid ualde et indicauit ei dicens. Querit
pater meus occidere te. quapropter obserua
te queso mane et manebis clam et abscon
deris. Ego autem ingrediens stabo iuxta
patrem meum et loquar ad illum de te. Et quod
cumque audiero nunciabo tibi. Tu. Responsorium ij.
Locutus est autem ionathas de dauid bo
na ad saul patrem suum. Dixitque ad eum.
Ne pecces rex in seruum tuum dauid. quia non pec
cauit tibi. et opera eius bona sunt ualde. et po
suit animam suam in manu sua et percussit phy
listeum. et fecit dominus salutem magnam per cun
uniuerso israheli. uidisti et letatus es. Tu. Quod
cum audisset saul. placatus uoce ionathe iu
rauit. Viuit dominus quia non occidetur. Vocauit
itaque ionathas dauid. et indicauit ei omnia
uerba hec. Et introduxit ionathas dauid ad
saul. et fuit ante eum sicut heri et nudius
tercius. Motum est rursum bellum. et egressus est
dauid contra philisteos. percussitque eos plaga
magna. et fugerunt a facie eius. Tu. Et factus
est spiritus domini malus in saul. Sedebat autem in
domo sua et tenebat lanceam. porro dauid